



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Damnum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

D A M N V M.

DOMINVS serui occisi ab animali ali-
 cuius, habet actionem contra Dominū
 animalis, ad petendum medicationis impen-
 sas, & stipendia quæ lucrificisset: nihil ta-
 men potest petere pro cicatrice, vel defor-
 mitate, nec etiam si occidatur. cap. 15. num.
 19. is qui occidit vel percutit aliquod ani-
 mal brutum proximi vel seruum, tenetur
 Domino restituere tantum quanti valet id
 quod occidit, imò & quanto minoris valet
 propter deformitatem ex vulnere relictam.
 ibidem. is verò ex cuius domo aliquid cie-
 ctum, damnificauit alium, tenetur restitue-
 re. cap. 17. num. 16. No. num. 17.

Tabernarius, vel magister nauis tenetur
 de damno per alium facto in sua taberna,
 vel nauis. Ibidem.

Peccat, qui occidit, vel grauiter percutit
 animal domesticum alterius in suo prædio
 damnū inferens: potest tamen illud include-
 re donec Dominus satisfaciat damnum. Te-
 nenturque magnates restituere damna, quæ
 suæ feræ intulerunt alienis prædiis. n. 120.

Regulariter tamen nemo tenetur de da-
 mno contingente casu fortuito, nisi quando
 præ

præcessit culpa, vel mora, vel pactum. cap. 17. num. 179.

Sufficit condonatio damni facta ab eo ad quem principaliter damnum pertinet. cap. 18. num. 46.

DE PARTICIPANTE

in damno alterius.

QUI cum multis adunatis pergit ad furandum, non tenetur restituere, nisi id quod ad eum peruenit, & id, cuius talis causa fuit, ut sine ipso non fuisset illatum. cap. 17. num. 130.

Si multi alij aliorum ignari ingrediantur vineam, ut unusquisque suum racemum accipiat, nullus peccat mortaliter, quamuis deuaftetur vinea. *ibid.*

F QUI procurat, quod iudex cuique tollat suam, vel ne alicui restituat debitum, ne ad id debitor cogatur, tenetur restituere. num. 131.

Qui ratum habet damnum suo nomine illatum alteri, restituere tenetur, quando qui nocuit non nocuisset, nisi existimaret eum, cuius nomine nocuit, ratum habiturum. cap. 17. num. 133.

G TESTIS, qui à iudice legitime interrogatus, an sciret tale furtum, sciens tacet, ob quod